

בב  
אַוְתָפְכָה  
סִדְרֶת וּשְׁמַה

*sive*

EVERSIO  
SODOMÆ & GO  
MORRHÆ,

*Ductu Versuum 23. & 24. Cap. 19. Gen.*

DIATRIBE HISTORICO-PHILOLOGICA

*Breviter exposita,*

*Quam,*

*Prævio Consensu Senatus Philosophici ad Auran  
Amplissimi,*

*Sub DIRECTIONE*

Dn. ABRAHAM ALANI

Orient. & Græc. L.L. Prof. Ordin.

*Placide συμφιλελεγχήσιων διασκέψει exhibuit*

*S: - R: æ M: ñis Alumnus*

GEORGIUS HENRICI אַגְב / B. F

*Die 23 Junii Anni 1709, Loco Horieg. / uetus.*

*aboæ, Excid. HENR. C. MERCKELL, Reg. Typogr.*

DEUM,

REGEM, ob

PATRIAM,

Pietatem,

Sinceritatem,

Charitatem,

Summe Maximeq; in Christo  
Heros,**Dn. JOHANNES  
GEZELI,**DOCTOR, EPISCOPE, PRO-  
CANCELLARIE, Excel-  
lentissime, Eminentissime,  
Magnificentissime,

Mœcenas Magne,

רְחוּבָל

**M**Agne Pater, Nostre non infima Gloria  
Gentis,

O! Tutela Sacri, Præsidiumque Chori.

Da veniam Facilis, quod nostra Thalia Penates  
Sanctos, ut tenui, tangit adiug, Tuos.

Rufica sit; non sic tamen est oblitera pudoris,  
Purpura quin nigras pingat utring, genas.

Mens intus titubat, vario quoq, fluctuat æstu:  
Instigat pietas, obstrepit usque pudor.

Sed tamen adspicias tenui de messe mani plor  
Quos Tibi jam supplex projicit ante pedes.

Respice devotam, quam nosti, respice mentem,  
Nec Tibi displiceant dona pusilla preior.

Æquum pro meritis nullus Tibi reddidit unquam:  
Hæc gratae mentis pignoris instar erunt.

Ut me spesq, meas sovisti mente benigna,  
Sic pergas semper more fovere Tuo.

Vive diu Felix. Valeas ad Nestoris annos,  
Et vireat semper GEZELIANA DOMUS.

Reverendiss. Tuæ Paternitatis

Cultor devotissimus

GEORG. H. AEB.

VIRIS

Admod. & Pl. Reverendis, Clarissimis,  
Doctissimis, Humanissimisq.,

Dn. M. DANIELI HAGERT,  
Pastori in Finström longe meritissimo,  
per Alandiam nuper Constituto Präposito  
Gravissimo, Promotori & Patrono  
eternum colendo.

Dn. M. NICOLAO FRIDELINO,  
Pastori in Korpo Meritissimo, ob summum  
in Meos & me favorem, beneficiaque cumu-  
latissima, gratissima mente semper  
honorando.

Dn. HENRICO ASV/  
Ecclesiæ Corpoënsis Sacellano Fidelissimo,  
Genitori piè, devotaque mente Venerando, cul-  
tus ac filialis pignora  
sane plurima debeo.

Dn. CAROLO. ASV/  
Verbi Div. in Meshuby Ministro Pervigili,  
Patruo suo, ut unico optimo, ita modestè  
nuquam non suspiciendo.

Hacce primitias Academicas in debite observan-  
tie Symbolum, ulteriorius, farentie au-  
cipium, cum omnigena prosperitatù inde-  
finenti adprecatione reverenter offert

Vestrorum Nominum

perpetuus estimater  
GEORG. H. ASV.

*Eruditionis laude, Merumque decentia  
Ornatissimo Juveni,*

**Dn. GEORGIO AGP/**  
de Pentapolios Eversione  
ingeniose differenti.

**S**ulphureas meditare nives, & ful-  
gura nimbos  
Fundere fulmineos, facta luente Sodō.  
Usibus apta, facit, Magni vindicta  
Tonantis,  
Scilicet inversas singula ferre vices.  
Arma parata Deo dum sic horrefcis,  
amorem  
Incendis felix Entheus inde Dei!

*Adplaudebat*

**GABRIEL JUSLENIUS.**

Doctissimæ de Eversione Pentapolios,  
methodo Laudabili & nova conscriptæ  
dissertationi, Viri Juvenis,

Dn. GEORGII ἈΓΡΙ

*Literis & moribus conspicui,  
amici perditæ.*

פָּנָן לְזַחֲוֵל עַבְתִּין וַנְטוֹרִין  
טַעַן חַזְקָה פָּאָרָה טֻמֶּן פַּתּוֹרָה  
שְׁרוֹרָה מְדֻבָּר אַנְתָּהּ מְלֻפָּה רַוְלְבָהּ  
עַמְרוֹרָה קְרֻם נַאֲשָׁהּ נְקַפָּת עַקְבָּהּ  
הַכִּימָה כְּהַפּוֹכִיָּה סְרָמָה וַעֲמָרָה  
מְתַלְהָנָהּ הַכְּנוֹהָרָהּ רַחְמָה עַבְרָהּ  
יְתּוֹרָה חַכְמָה הַוּרָה אַמְנוֹנָהּ  
זְעוֹרָה מְלֻכָּה נַהֲרָה אַרְמָהּ

*Prolixo hac adposuit affectu*

ANDR. DEGERMANN.

Ummi Numinis aduersus peccata detestationem  
 Sapertissime denudabant abyssi fontes, & can-  
 tarrabat cœli patentes, cum aquæ expiaretur  
 lustrareturque Orbis Terrarum; Haud minus certè  
 ejusdem indicium Pentapoleos ruina prodit, ubi &  
 Lacus Asphaltites ire Numinis eternum monumen-  
 tum extat. Jacent nunc in omnem Venerem &  
 scortationem effusi Pentapoleos incole unōdeiyua  
 μελλόντων ἀσεβῶν. 2. Pet. 2. 6. Vera ergo sunt,  
 que profert Rabbi Maimon: סִפְרָה הַמְכֻל וְסִפְרָה  
 סְרֵס וְעַמְרָה לְלִמְדוֹד מֵהֶם רְאוּה עַל הַדָּעַת  
 הַאֲמָתִי וְהַאֲנָקָר פָּרוּ לְצַדִּיק אָנָק יְשָׁא  
 אלְחִוָּה שׁוֹפְטִים בָּאָרֶץ : Historia Dilu-  
 vii & historia Sodomæ & Gomorrhæ, ad  
 discendum ex illis probationem super sci-  
 entia veri (dogmatis,) & illud Psal. 58. 12.  
 Vere fructus Justo, vere est Deus judic-  
 cans in terra. Vid. Ep. Jud. v. 7. & Luth. ad  
 Gen. 19. Hoc tristissimum argumentum lexiter de-  
 scribendum sumsi; Fateor arduum illud esse satis;  
 Interim feci quod potui, non ut volui. Cumque  
 hæc materia commodissime pertractari queat in-  
 tria Capita divisa, Statum Pentapoleos consideravi  
 ante, in, & post Everphonem. Nec est quod mi-  
 retur B. L. rationem traditionis Capitis 2. quam-  
 heic ante hæc usitatam non accepi; sciat hanc  
 sus-

fusceptam memoria verborum Megalandri :  
Sacrarum literarum Studiosus nil putabit  
tam exiguum quod non profit, siquidem  
id Spir. S. voluit literis mandare. Significa-  
tiones Particularum, in quibus opera pretium non  
leve, adscribere haud licuit, ne ultra tenues fa-  
cultates impendendas opella excresceret. Consulat,  
si libuerit, B. L. Christ. Noldii Concord. Particul.  
Hebr. Chald. ubi earum notiones habebit. In ex-  
primenda vocum significatione subserviit mibi opera  
Clarissimorum Lexicographorum, quorum heic,  
inquisitione instituta, dabatur copia: Etenim exi-  
stimabam, me mibi tum conciliaturum fidem, si po-  
terioribus brevitate qua fieri potuit depromtis, cum  
Ingeniis magnis idem sentirem. Interim verba qu-  
sti Lipsii ( in not. ad L. I. Pol. ) mea facio:  
Lapides & ligna ab aliis accepi, ædificii  
tamen extuctio & forma tota nostra est,  
Architectus ego sum, sed materiam varie  
undiue conduxi. Quare ( Tr.Ov. L. I. E.I. )

Denique securus famæ, Liber, ire, me-  
mento,  
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.

אָנָּא וְהַוְּה הַוְּשִׁיעָה נָּא אָנָּא וְרוֹהָה הַצְּלִיחָה נָּא:  
Psal. 118. 25.

## CAPUT PRIMUM.

§. I.



Tatum Pentapoleos ante Eversionem consideraturis omnium primo occurrit Situs urbium inquirendus, ubi felicius ut progrediamur, Zoarem precibus Loti dito supplcio exemptam investigabimus, deinde locum Sodomæ, & post probabiliter saltem reliquarum trium facilius inventuri. Schemata duo Ben. Ariæ Montani Tomo I Bibl: Illūstr. D. Calovii (*a*) affixa, ostendunt Zoarem ad latus Maris Mort: australe fuisse, quod sane Chorographorum tabulis non congruit, imo

A

nec

(*a*) p. m. 288.

nec cum ipsa Scriptura Sacra conciliari potest. Ea enim Jos. 15:62. Terrā sanctā ab Israēlitis occupata, iisque divisa, urbem Salis & En-Gedi Tribui Judæ partem suam cis Jordanem accipienti, assignatam fuisse afferit, quæ Urbs Salis sec. Polum ipsumque Calovium h. l. ipsa Zoar sub monte En-Gedi posita (*b*) putatur, in quam ut saluti consuleret Lotus con fugit, dicta Urbs Salis quod vicina esset Mari Mort. sive Salso, vel quod juxta eam Iuxor Loti in statu Salis conver sa; En-Gedi vero, Urbs in altissimis montibus sita, (*c*) (qui ab urbe eis superstructa Montes sive Desertum En-Gedi nominantur) speluncam illam continuit, quam deinde Lotus petiit, ubi & ad complexus incestos sollicitabatur. Jam si post divisionem Terræ cis Jordani in parte Judæ Zoar & En-Gedi sitæ, antea utique trans fluvium existere non potuere, ea enim pars Tribubus

Ru-

(*b*) Adrichomii Theatr. Terræ sanctæ p. 54. Heidmanni Palestina cap. 7. §. 78.  
 (*c*) Adrich. p. 47. Heidm. cap. 3. §. 10.

Ruben, Gad & Manasseh cessit (*d*). Ejusdem ferme descriptionis Tabula apud Lightfootum conspicitur, (*e*) scilicet varietate sua curatioribus non probans, cum aliter in Horis Heb. & Talm. (*f*) adorneretur, ubi Zoarem ponit ad linguam Maris Mortis juxta montem Seir, ductus verbu 19. cap. 10. Gen. (*g*). Putat namque eodem modo quo disponuntur Sidon & Gaza, limites Canaanis a parte occidentali, ita & statui Sodomam & Lacham ab orientali, reliquasque urbes ordine stetisse (*h*). Sed in illo loco nil minus quam Situs intelligitur, puta Sodomae &c, quomodo enim Moses tam solcitate Canaanis terminos per exiguum terrae portionem quoad ordinem singularum urbium describeret, cum ingentes tractus a Sidone ad Gazam, & a Gaza ad Pentapolim una tantum urbe notasset? Nihil ibi nisi regionem inte-

(*d*) Jos. 13. 8. (*e*) Tomo I. operum ejus (*f*) p. 528. (*g*) vid. cap. 5. cent. chor. Matth. præm. p. 16. (*h*) vid. Dec. Chor. Mare præm. p. 529.

gram, in qua hæ urbes fuere, intelle-  
 tam vult, nominaturque Sodoma pri-  
 mo tantum propter dignitatem. Relin-  
 quitur jam nobis Situm Zoaris inter  
 occasum & borealem plagam, sicut Nord-  
 west / respectu Maris Mort. esse, inter  
 quam, Zoarem puta, & Mare Mort.  
 quondam inventa est statua Salis, & si  
 Brocardo, si Breidenbachio, si Saligniaco,  
 oculatis testibus credendum est (i) adhuc  
 reperitur. Sed heic iterum ingens no-  
 tatur Tabellarum discrepantia, ex illis  
 namque videtur Zoarem a monte En-  
 Gedi Speluncam Loti continente, Tor-  
 rente Kidron sejunctam esse, quem sane  
 situm Scripturæ convenire non video;  
 hac namque ratione Lotus petiturus suam  
 Speluncam, Torrentem transire debuit,  
 quod non legitur fecisse (k). Stante  
 nunc aserto nostro de Zoare, non in  
 meridionali sed Boreali Maris littore  
 collocanda, Sodomæ quoque Situs ma-  
 nifestus erit, quippe qui sic asligandus  
 ut statua Salis, Zoar monsque En-Gedi

unam

(i) Adrich. p. 55. (k) vid. Gen. 19. 30.

unam quasi constituant lineam rectam  
sic namque Heidm. (l) *E regione hujus  
urbis scil. En-Gedi, in Mari Mort. poni-  
tur locus ubi Sodoma olim stetit.* Situs  
autem reliquarum urbium expresse de-  
finiri nequit, cum ex reliquiis solis ea-  
rum loca definire sit impossibile; nec  
Auctor ullus hic inveniatur, qui earum  
ante Eversionem situm descriperit. Con-  
spiciuntur communiter in Schematibus  
etiam accuratioribus Sodoma & Go-  
morrha ad latus Maris Mort. occidentale  
Adama v. & Zeboim ad orientale, quasi  
hæ ab illis Jordane fluvio distinctæ fui-  
sent; Sed nec hic situs forte ἀπόδειξιν  
meretur, quia Scriptura de Pentapoli lo-  
quens, urbis alicujus trans Jordanem  
non meminit; Deinde etiam notum di-  
stributionem Terrarum a Veteribus se-  
cundum fluvios institutam fuisse, gen-  
tesque sic a se invicem separatas. Hæc  
de Pentapoleos situ obiter observasse  
sufficiant, cum in Geographorum foro  
confidenter litigare suo non careat dis-

crimine. Urbium harum structores nulli  
bi nominatos invenimus, adeo que nec  
tempus neque annum; Forte posterita-  
ti Chami & speciatim Canaanis nepoti-  
bus structura illarum tribuenda. Vid.  
Gen. 10. 19.

## §. II.

Devolvimus nunc ad statum Ter-  
rae considerandum, quæ quam amœna  
felixque fuerit inde satis colligitur quod  
Lotus, optione sibi ab Abrahamo datu-  
eam inhabitandam elegerit. Sane na-  
turæ beneficiis fere omnibus mire su-  
perbivit. Ipse Spiritus Dei jucundissi-  
mam ejus faciem prædicat. Vid. Gen. 13.  
10. Ulbi *Horto Jehovæ* h.e. amœnissimo  
aut si mavis Paradiso, manu Divina con-  
sito comparatur, (*m*) ut ille fluminibus  
irrigabatur (*n*) fœcundissimus juxtaque  
amœnissimus erat; Ita & tota regio Ior-  
danis Pentapolitana maxime a loco il-  
lo, in quo versabatur Abraham, eundo  
versus Segor irrigua, fœcunda, & amœ-

na

(*m*) Gen. 2. 8. (*n*) Gen. 2. 10.

na fuit (o). Confertur quoque *Egypto*,  
 quæ Nili aquis, exundante flumine fe-  
 racissima redditur (p). Amœnitatem  
 Terræ adhuc non minimum sane arbo-  
 rum, frugum atque odotiferarum her-  
 barum apte variata genera indicant,  
 maxime balsami, cuius frutices (q) si  
 acuto vitro, lapide, offetsque cultellis con-  
 tra Solem incidentur, (Ferri namque vim  
 si adhibeas, pavent vene, imo ramus  
 protinus evoritur, vid. Tac. l. 5. hist. c. 6.  
 Plin. H. N. L. 12. C. 25.) stillant succum  
 preciosissimum, eximia suavitatis, quem  
 deciduum & expressum, Opobalsamum  
 vocant, præferturque omnibus odoribus.  
 Incidentis vero manus libratur artifici  
 temperamento ne quid ulera corticem vi-  
 olet. Incolis hoc non minimo commo-  
 do, cum opes ex hujusce vestigalibus  
 Genti crevere insignes (r), divesque  
 inde extitit illi proventus (s): Scilicet

ma-

(o) D. Calob. b. l. (p) D. Gerhard. b. l.  
 (q) Adrich. p. 47. (r) Just. L. 36. Cap. 3.  
 (s) Diod. Sic. citatus a Joh. Schudt. in  
 Comp. Hist. Jud. p. 293.

maximi aestimabatur hoc Opoballatum,  
 (t) tum ob raritatem, cum nullibi tan-  
 tæ præstantie reperiatur, tum ob sum-  
 mam ejus utilitatera usumque in medici-  
 na; Capitis namque dolores & suffusiones  
 oculorum incipientes, & hebetudinem vi-  
 sus mirifice sanst. Præterea quoque  
 Terra hæc, teste Justino, Palmeto di-  
 stincta fuit, h. e. palmis consita, easque  
 generavit multas & optimas. Harum  
 arborum utilitas multa est, imo in illis  
 nil reperitur, quod non usum aliquem  
 præbeat insignem. Lignum adificiis in-  
 servit, ac oneri non cedere sed reniti di-  
 citur. Rami Victoribus ac solenni intro-  
 itu urbem intransibus (vid. Joh. 12 13.)  
 Regibus porrigebantur, unde Palma vi-  
 ctorie Symbolum. Folia siccantur, & ad  
 Texturam præparantur, & uestes ex iis  
 conficiuntur. Summum arboris cacumen,  
 quod tenerum est, delicatum exhibet ci-  
 bum. Ex fructu ejus h.e. palmulis oleum  
 exprimitur. Vinum admodum dulce &

in-

(t) Hæc ex Strab. L. 16. Geogr. apud  
 Schudt. videsis p. 293.

inebrians suppeditat arbor, si corticem  
 cultellō incidas, cui foramini folium ar-  
 boris contortum & conglobatum inseri-  
 tur, ac vas appenditur in quod defluit.  
 Palmae pinguissimae calcibus pressæ pluri-  
 mum mellis emitunt. Panem quoque con-  
 sciunt ex interioribus fructuum nucleis,  
 quos attritos cum aqua redigunt in mas-  
 san, quam manibus subactam coquunt in  
 fervente palmarum oleo. Hac ratione arbor  
 vestem, panem, vinum, mel, oleum li-  
 gnumque ad ædificia præbet. Hæc & plu-  
 ra eleganter Dn. Schudt (u). Tam ad-  
 miranda Terræ hujus fuit ubertas! Mi-  
 ra quoque loci apricitas, (w) & cœli  
 temperata Zona. Hæc tanta felicitas in-  
 crementa cepit, cum incolæ non agita-  
 rentur vel externis vel civilibus fluctu-  
 bus, nec memorat illos bello pressos  
 Historia Sacra, præterquam illo, quod  
 Kedor, Laomer, cum Regibus tribus  
 aliis fecit Regibus Pentapoleos, qui  
 prælio superati, cum jugum Kedor-

B

Lao-

(u) Comp. H. J. p. 304. (w) Just. L.  
 36. C. 3. §. 5.

Laomeri ejusque Sociorum excutere non  
valerent, subacti erant; Reges tamen pri-  
stinae suæ ditionis manebant, etsi victi,  
annum tantum tributum victori pen-  
dere tenebantur, cumque per annos 12.  
imperata fecissent, decimo tandem ter-  
tio defecerunt, quo nova in eos facta  
Elamitarum expeditio (1). Nec hic  
omittendam censeo mentionem puteo-  
rum bituminis, quorum in regione illa  
multitudo fuit satis ingens, vid. Gen. 14.  
10. Ubi repetitio vocis בָּארֹת multitudo  
dinem denotat; (2) q. d: Erant putei in  
uno loco, & mox in altero, in tertio, &c.  
ut plurimi essent (3). Vocis חַמֶר diversam  
diverorum interpretationem vide-  
re licet apud Bochartum (4), ubi suam  
sententiam mox subjungit, dicens חַמֶר  
bitumen esse, non calcem, nec lutum, sive  
argillam, quod multis testimoniosis eru-  
dire probat. Hoc bitumen incolis utili-  
tati fuit non minimæ, etenim ut taceam  
usus

(1) Hist. vid. Gen. 14. & Jos. Ant. L. 1.  
C. 10. (2) vid. sim. Exod. 8. 14. (3) Seb.  
Sebm. h.l. (4) in Phaleg. p. 44.

osus ejus in picandis navibus, quæ absque hoc multum in aquis durare nequeunt (5), & curandis morbis (6), multum quoque in Architectura profuit. Bochartus ex Gen. ii. 3. probat mœnia turrimque Babylonis isthac Bituminis genere fuisse extructa, cum in regione circa Babyloniam materia talis (7) et terra existuerit, & caverna ibi sit, ex qua fons ingentem vim bituminis effundat. (8)

### §. III.

Perspeximus Statum Sodomæ Eiliarumque ante eversionem amoenissimum, restat Statum sive Mores hominum consideremus. Is sane perversissimus fuit & corruptissimus, sic namque DEUS Gen. 13: 13. *Viri Sodomæ erant mali & peccatores Jehovæ valde.* Ad quem locum D. Gerhardus annotat Sodomitarum peccata tripliciter exaggerari. 1. Per emphaticam repetitionem, *erant mali*

B 2

¶

(5) Exod. 2. 3. (6) vid. infra. (7) Just. L. 1. C. 2. (8) Plura Boch, in Thal. p. 48. & Schudt p. 333.

¶ peccatores, ubi repetitio est ἀνέγετο.  
 2. Per nominis Divini expressionem,  
*erant peccatores Jehovæ*, h. e. gravissimi  
 & maximi peccatores. 3. Per adverbii  
 adjectionem, *Erant peccatores valde*, adeo  
 ut etiam eorum peccata in cœlum cla-  
 marint (9). Dicitur quoque (10) So-  
 domitarum ἀναρροφὴν fuisse τὸ ἀσελγεῖα  
 in lascivia, quam vocem Leigh (11) ex  
 αὐτῷ σελγην compositam esse dicit. Selge  
 dicunt fuisse civitatem sitam inter Gala-  
 tiā & Cappadociā, cuius incolæ mo-  
 deſſimī & temperantissimi fuerint, &  
 ſic a eſt privat: denotans talem qui ne-  
 micam quidem modetiæ & temperantia  
 babet. Alii ajunt hunc populum diſſolutiſ-  
 ſimā vitæ & proſligatiſſimæ nequitiæ  
 fuisse, & ſic appoſitum a eſſe intensivum.  
 Alias ἀσελγεῖα eorum qualis fuerit, (12)  
 optime ex Gen. 19. 5. judicatur, ubi di-  
 citur Sodomitæ clamasse & dixisse: Educ  
 eos, Viros ſcil. qui ad te hæc nocte in-  
 trarunt, וְנִתְּנֵה וְנִגְּדַע ut cognoscamus  
 eos.

(9) Gen. 18. 20. C. 19. 13. (10) 2. Pet. 2.7.  
 (11) in Critica Sacra N. T. (12) Gerb., h. l.

eos. Hic Scriptura rem fœdissimam honestissime exprimit. Quidam exponunt de simplici notitia, q. d. cupimus scire quales hospites in urbem nostram introduxeris, sed ex v. 7. & 8. apparet per cognitionem juxta usitatum hebraismum (13) hic intelligi concubitum, sive παιδερασίας; Fuerunt enim ἀρσενοκόίται οὐαδι sive cum maribus coeuntes, & παιδεράσαι puerorum amatores, quod flagitium vocatur (14) γενέσεως ἐναλλαγῆ generationis mutatio, Int. svecus reddit: Stumma synder (15). Dicitur quoque Sodoma & Gomorrah fuerunt ἄνηπος νύμφων (16) h. e. in scortationem effusæ, scortando effervefactæ, ad defatigationem usque scortationi operam dantes quia præpositio ἀν intendit significacionem, Luth. Sie haben sich ausgehuret. Hæc D. Gerhard. (17). In epistolas Judæorum de peccatis Sodomitarum apud

B3

Schudt,

- (13) vid. Gen. 4. 1. Jud. 19. 22 Num. 31. 17. (14) Sap. 14. 26. (15) vid. Rom. 1. 26. 27. (16) Epist. Jud. v. 7. (17) ad 2. Pet. 2.

Schudt (18) videre licet. Causam scelerum tam immanium delicias eorum fuisse arbitramur, plenus namq; venter despumat in libidinem, Josephus hoc innuit dicens: (19) *Sodomitæ divitiis & abundantia pecuniarum elati, tam in homines contumeliosi erant, quam erga Deum impii, quippe qui beneficiorum ejus neq; meminerant, & hospites averrabantur: denique mutuis libidinibus sese incestabant.* Hinc factum est, ut mensura peccatorum impleta, Sulphure puniretur peccatorum fætor, igneque extingueretur libidinis ardor (20), imo, nec valuit tot sceleribus condonandis deprecatio Viri ju-  
stissimi, (21) Abr. puta, toties repetita;  
Jam enim & ipse verecundabatur, stu-pebatque, vd illam DEI clementiam, quod in 5 maximis urbibus ne 10 quidem justi invenirentur.

CA.

(18) p. 318. (19) Jos. Antiq. L. I. C. 12.

(20) *Hæc verba sunt Gregorii a Gerardo ad 2. Pet. 2. citata.* (21) Adrich. p. 52.

## CAPUT SECUNDUM.

§. I.

**P**erensis sic breviter omnibus, quæ ad eversionis περιγραφα spectare necessario videbantur, ad versus duos in Titulo allegatos pergitimus, ubi indicantur 1. Tempus eversionis, 2. Causa Eff. Princ. 3. Causa organica, 4. Modus 5. Objectum. Verba hæc sunt: v. 23, שמש ויצא על־הארץ ולויט בא צורה: ויהוה המתוּר על־סדים ועל־עمرה גפירות Versio: וASH מאת ויהה מז' חשמוט: Seb. Schmidii: 23. *Sol exortus erat super terram; Lotusque venerat [Zoarem.* V. 24. *Quum Jehovah pluere fecit super Sodomam & super Amoram, fulpbur & ignem, a- cum Jehovah e cælo.*

שׁמַשׁ radicis est Chaldaicæ, Hebraicæ vero inusitatæ, שׁמֵשׁ in Pahel ministravit. Buxtorfio in Th. Gr. una cum שׁנָה & בְּפִשְׁתָה generis est communis, sed addit: quæ & ipsa saepius fæminina sunt. Gussetius vero in Commentario suo Lingvæ Hebraicæ annotat vocabulū שׁמַשׁ *mascu-*

masculinum est tantum idque cum נֶגֶד  
juxta Masor: ad Gen. 19. 23. alias fæminum. Ratio derivationis a שְׁמֹשׁ mini-  
stravit, ea est quod *Sol gloriōsus Minister* sit totius mundi, vel quod afficiat  
mundum tot beneficiis; per hunc enim  
*Deus largitur lucem, calorem & pretio-  
sos fructus omni populo sub cœlo.* Hoc no-  
men debuisset nationes retrahere ab illius  
cultu & servitio, Deut. 4. 19. Caret vox  
שְׁמֹשׁ plurali, ut notavit Elias, scil. in  
propria significatione, est enim tantum  
unicus Sol. Plurale reperitur pro luce  
declinantis diei, & accendentis noctis  
בֵּין שְׁמַשִּׁים inter Soles Hebr. בֵּין  
תְּעֵרְבִּים inter vesperas. Exod. 12. 6.  
Num. 9. ii. Vid: Lex. Buxtorf. Hebr. ad  
עֵרֶב & Lex. Talm. ad שְׁמֹשׁ.

**N**isi generaliter quamcunq; eges-  
sionem indicat, sive ultro citroque com-  
meavit, prodidit. Proprie exitum corporis  
e loco, deinde transfertur ad manifes-  
tationem rei incorporeæ El. 2. 3. & secun-  
dum hanc significatiouem (sec. Leigh.)  
semper est intelligendum cum DEO  
tri-

tribuitur Es. 26:21. Dicitur hic de sole oriente, sicut נֶגֶד de occidente Gen. 28. Il post maximam namque suam a terris in summa exaltatione distantiam accedit ad terrenam hanc nostram habitationem; contra v. נֶגֶד cum inde egreditur. Adhibetur quoque נֶגֶד in Hiphil 2 Reg. 15: 20. de expensis, & impositionem tributi apie ibi notat, Rex enim facit imponendo, ut exiturum sit e manibus populi. Vid. Gass. Reliquæ ejus notiones inveniuntur apud Leigh. & Schindl. 1 Sam. 14: 41. Phr. נֶגֶד idem significat ac exempti sunt.

אַרְבָּה Radicem vocis hujus Neumanus non petendam putat ex Arabica radice Araza, depresso fuit, adeo ut a situ terra sortiretur nomen, cum respectu coeli humiliis depressoque sit; Sed a Charact. זְרִקָּה qui importat nisum ad extra rei, que cum impetu aliquo fertur; hinc est זְרִקָּה singulari nisu aliquo ferri, quod vulgo currere vertitur, זְרָקָה proinde dicitur quasi accursus vel concursus, b. c. censum in quo omnia concurrunt & ad quod omnia gravitatis sue nisu tendunt. Qui-

dam originem deducunt a רְצַחַת contrivit,  
 eo quod teratur, ut & latine Terra a  
 terendo dicitur. Quidam אָרֶץ. Sic e-  
 nim Gussecius: Deducimus ab אָרֶץ  
 futuro verbi רְצַחַת *adligo*, prorsus ut אָרֶץ  
 sit ab בְּנֵה אָבִגָּה futuro verbi בְּנֵה *adficio*.  
 Vera sunt verba Leigh: אָרֶץ unde dicta  
 sit adhuc in questione est, & erit quamdiu  
 haec lingua erit. Inter אָרֶץ & אָרֶם Gusse-  
 cius hoc discrimen eleganter facit: אָרֶם  
 ad eam terrae partem maxime pertinere  
 videtur, quae aptior est ad culturam, nam  
 Gen. 2. 5. C. 3. 23. C. 4. 2. 12. deligitur hoc  
 nomen אָרֶם ut jungatur cum עבר *cole-*  
*re agrum*: Convenit quoque אָרֶם cum  
 voce דְּמָם sanguis, ut fæcunditatis terra  
 causa proxima convenit cum sanguine, ea  
 enim fæcunda est per succum quemdam  
 alimentosum permeantem fibras semenum  
 & plantarum, respondentem sanguini ani-  
 malium. Isto respectu peculiari ad cultu-  
 ram differt nomen hoc ab אָרֶץ quippe pa-  
 tente latius, & comprehendente proprietate  
 sua id omne quod vocatur terra habi-

habitabilis, constans agris, desertis, &c.  
imo ipso mari quod naves fulcunt,  
*Psal. 121: 2.*

וְלֹט Nomen proprium est Filii Haran  
Fratri Abrahami Gen. 11: 27. a לֹט abs-  
condidit sive לֹט operiendo, involvendo:  
nisi maliscum Hiller: deductum a לֹט  
ardendo, Latine involutum Es. 25. 7. vel re-  
sinam pretiosam, aut sec. Hillerum La-  
danum significat. Filii Loti Moabitæ &  
Ammonitæ vocantur Num. 24. 17. בְּנֵי שָׁתָּה  
Filii potationis: שָׁתָּה derivatum est a חִתָּה  
bibit, ut בֶּן filius a בָּנָה formæ חִתָּר Di-  
cuntur autem Loti posteri Filii potatio-  
nis quod Moab & Ben-hammi generis  
Conditores ex ebrio Parente Loto con-  
ciperentur, Gen. 19. 35. Quamvis D. Ca-  
lovius una cum Patribus h. l. ab illo cita-  
tis, de Seth Filio Adam hæc accipiat.

נְזֵד Verbum hoc sec. Gusset. non reperitur  
positum pro abire, sed semper vel exponi po-  
test, vel saltem includit in se venire, h. e. re-  
spicit motus terminum ad quem, nunquam  
solus terminum a quo, etiam quando post  
se habet D. Deut. 33. 2. & quando verti-

sur a LXX. per verba Graeca exitum denotantia ἀπερχομαι, ἐκπορέυομαι &c. Diversæ vocis hujus significationes videantur apud Leigh & Schid. Construitur cum לֵב, Gen. 6. 18. לֵב, Gen. 33. 11. ( pro quo לֵב in nominibus locorum adhibetur מ locale, ut hic ) בַּבָּשָׂר, 2. Reg. 13. 20. בַּבָּשָׂר, Gen. 29. 9. בַּבָּשָׂר, Exod. 1. 1.

**צָעֵרָה** N. proprium loci quo Lotus cum filiabus suis confugit. Antea dicta est haec urbs יְבָלָה Bela, quæ vox a בְּלָע absorpsit, deglutit orta, sec. Hiller. absorptum, sec. vero Albertum deglutientem seu destruentem significat. Est hoc nomen propium Viris Gen. 36. 32. Num. 26. 38. Gen. 46. 21. Alias dicitur urbs Zoar Segor, Ο Salissa, item Balezona, Adrich. Hunc vero צָעֵרָה, quod idem est ac צָעֵד perexiguum sive locus parvus, dicta sic, indicabunt v. 20. & 22. cap. nostri. Ex hisce satis constat, quo tempore diei Sodomam sua mansit poena, mutino scil. quia tunc factum est, ut (Schmid: h. l.) Sodomite cum omnibus vicinis urbibus וְ pagis, vel in lectis ad-

huc

buc, vel cum surrexissemus; misere interierint, nec quis in extremis etiam terminis terre extra illam eripere se potuerit. Annus autem a condito mundo quo facta est haec eversio, secund. Calov. & Lightfoot est 2107. secund. Lutherum vero 2048. & a diluvio 391.

נָאָתָה Nominum divinorum maximum est, Deo & non aliis creaturis quibuscumque communicabile Es. 42. 8. Ps. 83. 19. Prolixissimum foret ad hanc vocem annotare varias variorum sententias; potiora summa qua fieri potest brevitate dicemus, idque ex meritissimi Hilleri Onomastico Sacro, quod eruditionem non sane minimam sapit. Ex tribus temporum formis miro contextum est artificio, habet enim a futuro initium, a praesenti medium, a præterito finem, ita quidem ut in partes dissolutum tantumdem sit, quod יְהוָה יְהוָה i. e. erit, est, & fuit, ὁ οὐκ ὁ ὦν, οὐδὲ ὁ ἐρχόμενος Apoc. 1. 4. Mutuatitiam Vocis punctuationem idem Hill. regulis sequentibus sic adstruit. I. Duo nomina Jehovah & Elohim

sæpius per compendium scribunt Hebrei, punctis unius ad literas alterius applicatis, ut יְהוָה quod legendum est יהוה אֱלֹהִים Ezech. 28. v. 2. 6. 10. 12. &c. Prioris vocabuli lectionem innuunt literæ יהוה, posterioris puncta . alienis addita literis; Si enim יהוה peculiare quoddam Dei vocabulum esset, quid obstat quo minus cum vocabulis Jehovah & Elohim conjungeretur, quod tamen nunquam fit, quia sic gratis repeterentur nomina, quæ in scriptio[n]is compendio continentur. Vid. 2. Sam. 7. 19. coll. cum 1. Paral. 17. 17. Eandem quoque lectionem innuit Buxtorfius in Lex. Heb. quod scilicet Catephsægol propriæ non competit literæ ה, sed gutturali, & quod ה in fine nunquam quiescat in Chirek. II. Nomen יהוה nunquam contiguas in effatu habet serviles וּכְל, ( ו quoque sec. Buxt. addendum, Gen. 18 14.) igitur quoties has postulat sententia, aliud Dei nomen nomini Jehovah cum aliqua dictarum servilium premitti debet, cui servilis secundum punctuationes leges cohæreat. Ut si dicendum sit: Can-

tabo

tabo Jebovae contra morem extuleris  
 אַזְמָר לִיהוָה quia vocem יְהוָה cum ser-  
 yili conjugere nefas est; præmittendum  
 igitur Dei vocabulū aliud אֶלְחָם live  
 quoꝝ recepio suffixo plene scribuntur  
 אַזְמָר לְאֶלְחָם יְהוָה & אַזְמָר לְאֶרְבִּי יְהוָה  
 Concise namque scribuntur לִיהוָה &  
 בְּיהוָה. Si enim immediatis literis  
 prafigitur ה, posibilitat juxta punctandi  
 regulas Chirek vocalem, ut in  
 2. Reg. i. 17. Jeboramo. Idem ostendit  
 Buxtorfius dicens: Quod אֶרְבִּי prælega-  
 tur inde liquet, quod literæ serviles  
 כּוֹכָב nomini Jehovah præfixæ sequun-  
 tur naturam & affectionem vocis  
 אֶרְבִּי in punctuatione; pro בְּיהוָה legendum est  
 בְּיהוָה ut dicatur מִיהָרָה. Sic pro מִיהָרָה legen-  
 dum, nam Izere hic ante ו respi-  
 cit ejectum dagesch. III. In propriis huma-  
 nis non observatur hac scriptio; Non  
 enim pro לִיהוָה dictum scriptumve est  
 לְאֶרְבִּי. Varias easque supersticio-  
 lis vocis hujus appellations a Judæis  
 factas omittimus, videat eas B. L. pars  
 tim

tim apud Schindlerum, partim apud  
 Buxtorf. in Lex. Hebraico. Juvabit hoc  
 apponere verba Gussetii de voce hac  
 יְהוָה quæ in regimine seu statu consti-  
 tutionis nunquam ponitur, sed formam  
 suam absolutam retinet sicut alia nomi-  
 na propria. Sic ille eleganter satis:  
 Unica occurrit vox צְבָאֹת cum qua  
 construi videatur. At id non statuer. Nam  
 interim aliae voces, eæque non minus ad  
 constructionē cum יהוָה ineundam idoneas,  
 rēq̄ vera sepe aliis nominibus divinis con-  
 structis coharentes, nunquam reperiuntur  
 hac prærogativa cum יהוָה gaudere, ut ante  
 ipsos id construatur E. G. dicitur אלֹהִי  
 דָוִיד sed non יהוָה דָוִיד itaque cum יהוָה  
 sit nomen proprium Dei, sicut David aut  
 Salomo sunt nomina propria hujus aut  
 illius hominis, non potest intelligi tan-  
 quam constructum, sed est apposito. Et  
 quemadmodum non dicitur רַשְׁתַּיִל  
 David Israelis, ut ejus relatio ad Iacobem  
 seu dominum seu alia qualibet designetur;  
 sic non dicetur Jehovah Exercitum, sed  
 ad verbum, Jehovah Cohortes. Si dicas  
 sup-

supplendum constructum inter יְהוָה וְאֱלֹהִים, id quidem video inseri aliquo-  
 ges, ut circiter duodecies, at non inde  
 sequitur subintell gendum esse אֱלֹהִים ubi  
 deest; nam locutio eo carens frequenissi-  
 ma est, & plusquam ducenties quinquage-  
 sies extat, unde colligitur eam esse maxio-  
 me propriam. Præterea sat saepe iteratur  
 ut יהוה יְהוָה צְבָאוֹת, quod factum dixe-  
 ris, ut hoc plenitudo indicaret nihil in lo-  
 cutione esse ellipticum. Notandum quo-  
 que locum Lev. 24. 11. 16. Iudæis non  
 patrocinari, qui nomen יהוה legendo  
 aut scribendo non usurpant, (vid. Lex.  
 Schindl.) Etenim ut taceam locum  
 Exod. 3. 13. & 15. vox בְּקָרֶת Teste Alberto  
 proprie designat motum sive conatum  
 evanandi, capandi, & in sensu Metaph.  
 transfertur ad evacuationem omnis bono-  
 ris, benedictionis, bonique omnis, quæ ety-  
 mologia plane coincidit cum illo scriptu-  
 re loquendi modo, quo nevoi vacui dicun-  
 tur, quibus benedictionem subirabit Deus  
 Luc. 1. 53 Explicatur etiam ulterius v. II.  
 per קָרְבָּן cuius rad. קָרַב de honestavit, mo-

*ledixit, significat.* Vid. Hod. Dannh. p. 192.  
*Locum Exod. 6. 3 apud Dannh.* p. 192, aliter  
*vero apud Hiller. Onom. S. p. 249. &*  
*Quenst. Theol. p. 269. explicatum vide.*

רְמַטּוֹר *radicis est מָטָר pluia, depluit,*  
*propriè ex motu in se retracto & arcua-*  
*to quasi aliquid ex se egredi facere, ex*  
*nube enim fœcunda oritur pluvia, dum*  
*nimirum illa in guttulas resolvitur, que*  
*sua gravitate deorsum tendunt, atque ita*  
*ex suo loco quasi egrediuntur.* Vid. Albert.  
*Heic transitivæ est significationis in con-*  
*jugatione Hiphil, & significat fecit plue-*  
*re.* Alias hoc vocabulum, quoties in  
*Scriptura de rebus aliis quam de aqua*  
*& nubibus stillante metaphorice adhibe-*  
*tur, (sicut hic,) copiam maximam ma-*  
*teriæ decidentis significat.* Vid. Ps. II. 6.  
 Ps. 78. 27. Ezech. 38. 22. Hinc facile col-  
 ligitur imbris hujus sulphurei & igniti  
 ab aliis tempestatibus diversissimam fu-  
 isse rationem, adeo ut quemcunque  
 aëris tractum incolæ prolpicerent, flam-  
 ma flammam trudere atque excipere  
 quasi vita sit.

**סְרִטָּם** N. proprium Metropoleos urbis a Deo subversarum. Quidam vocem hanc a rad. Arab. סְרִטָּם, fuit plagi affectus, derivatam volunt. Vid. Albert. Quidam a סְרִטָּם arcانum, secretum, quare a Latlio redditur En hemlighet. Clariss. Hillerus radicis שְׂרַטֵּשׁ esse dicit, adeoque Agrum feracem interpretatur. Mutat ordinis autem literæ וְ שׁ in ס rationem Buxtorfius forte dat, dicens שׁ proprio hebream literam non esse, sed irreptiam pro ס. ס vero suffixum cum Cholem intensivum & ampliativum esse Hillerus existimat, hinc feracem reddit.

**עַמְּרָתָן** Urbis hujus natales D. Chytræus & quidam alii deberi dicunt vocibus סְפָּעַל populus & מְרֹחֶה rebellis fuit vel רְחֵה timuit, adeoque Populum, vel rebellem, vel timidum, reddunt: Sed Clariss. Hillerus propiorem iterum aggreditur viam, dicens congenerum esse nomini עַמְּרָתָן quod Manipulum significat, (auctum in fine litera servili נ) vel Arabico Hamiram, quod cultum sive habitatum locum significat: Quare etiam in respectu ad pri-

orem Hilleri significationē Lælius reddit en Halmkarfwa. Varie hæc vox latine scribitur; Schmidius aliquando *Amora*, Hillerus *Hamora*, communiter *Gomorrha*. Oritur hæc varietas inde, quod vocis litera initialis y Græcis & nostratibus sit ineffabilis. *Fieri vix potest*, dicit Hiller. ex Aben Eīra, ut recte n vel y pronunciet, qui non a pueritia didicerit. Componitur y, sec. Hiller, ex n aspero & i levi, adeo ut sonus ejus quasi medius sit inter hb. & g. Hinc Græci y vel plane omittunt, vel in lenem, vel asperum, vel r frequenter vertunt. Notanda hic sunt verba Schmidii h. l. *Faciendum heic aliquid & cetera, h. m.* Super Sodomam & super Gomorrahā &c. Per Synecdochen namque membra dicitur hic super Sodomam & Gomorrahā tantum Jehovam pluere fecisse; Duæ hæc civitates vel brevitatis causa nominantur, vel parvitatis & negligibilitatis ceterarum, cum hæc duæ amplitudine potentiaque reliquis praestarent. Strabo 13, Sodomamque earum metropolis fuisse putat; Solinus duas, qua-

rum Sodomum unam, Gomorrum alteram nominat; Sed Scriptura alibi locorum, cum primis Deut. 29. 22. eas 4 fuisse assertit, Sodomam scilicet Gomorrah, Adamam & Tzaboim. Fuit adhuc in planicie illa quinta urbs Bela sive Zoar, Gen. 14. 2, Sap. 10. 6; haec enim cum 4 reliquis, ob viciniam belli & scelerum societatem, pro una quasi gente habebatur. Dicit quidem Lutherus ductus forte sapientia loco & Josephi auctoritate L. 5. B. I. C. 5. *5 civitates opulentissimas subversas esse*, adeoque etiam Zoarem, quae harum quinta erat; Sed sententia haec si inspiciatur locus Gen. 19. 21. stare minime potest, omnes etiam & peregrinantes & Chorographi Zoarem ad littus Maris Mortui residuam esse testantur; imo Josephus L. 1. Ant. c. 19. scriptum refutat dicens: *Fugit Lot, in parvulo quodam agro se retinens ab igne liberato, qui Segor appellatur.* Moses etiam Gen. 14. 2. & 8. de Bela tanquam praesente loquitur *בָּלָה נְהִרָּה* quae est Zoar, vid. Ies. 16. 5. Neque eorum sententia nobis

placet, qui Zoarem, quamdiu Lotus ibi erat, servatam esse dicunt, post ejus discessum autem eversam: Nam ut rationes taceam modo nominatas, salus civitatis non tam a Loti præsentia, quam promissione Dei sine ulia temporis restrictione facta pendebat, quæ per discessum Loti sublata non est. Quod autem sapientiæ locum attinet, eum sic Lælius bene satis exponit: Men thet man såger / at 5 Ståder skulle hafwa förgåz / kan therföre vara / efter Landet hafwer sunkit / och igenom eld wardt förderswat / hwilket kallades Pentapolis / thet är / ett Land med Fem Ståder. Plane ut certa provincia 10 urbes continens Marc. 5.  
20 Decapolis vocatur, vid. Pererius h. l.

**שְׂפִירָה** Nom. ab omnibus fere Lexicographiis exponitur, quod sit *sulphur* seu res facile *inflammabilis*. Guss. non *sulphur* esse putat, ut post LXX. exponitur, sed *resinosæ lacrymæ speciem*, quæ ab arbo-re provenit dicta **כְּפַר** s. *Cupressus*; (vid. Bocharti Phaleg p. 25.) *resinae enim tales ad incendia subibentur*, quod & facile ardere

deant & vehementer. Hæc antanti sint,  
ut communem relinquamus sententiam,  
sub doctorum esto iudicio. Neumann  
verba de hac voce videantur apud Albert.

**C**N<sup>Y</sup> Alberto teste rem rapidissime mo-  
tam denotat, quare ignis a motu suo o-  
mnium subtilissimo & rapidissimo (vid.  
Sperl. Inst. p. 621.) dicitur. Metaphori-  
cas vocis hujus significations vide apud  
Schindl. Pererius ex loco Deut. 29. 22.  
*Sal ardens & urens cecidisse quoque asse-  
rit;* sed apparet agi ibi de statu terræ  
Israelitarum tali futuro, qualis post ex-  
cidium facta est Terra Sodorum,  
nim. omnino sterilis, cum laisugo, secund.  
ipsum etiā Pererium, pinguedinem terræ  
consumat. vid. Ps. 107. 34. Zeph. 2. 9. &  
D. Calov. ad Jud. 9. 45. Observanda  
ad voces *sulphur & ignem* Glassii regu-  
la: *Duo substantiva, vel synonyma, vel  
disparate significatis conjunguntur,*  
*& eorum alterum adjectivi vuem susci-  
net, ejusque habet significationem cum  
emphasi.* Hinc *sulphur & ignem* idem est  
ac *sulphur ignitum vel accensum.* Vid.  
Plal.

Psal. n. 6. Ezech. 38. 22. Commodo heic  
 erit quæstio, Num ad evertendas ur-  
 bes lacumque earum loco efficiendum suffi-  
 cerit sulphurea ignitaque pluvia? Cer-  
 tum est significationem propriam vocis  
 שָׁׁבֵךְ in v. 25. solo sulphure ignito reti-  
 neri non posse; significat enim sec.  
 Neuman: de latere pra'enti in alterum  
 versare, inferiora facere suprema, ante-  
 riora mutare in posteriora, sicut quoque  
 Job. 9. 5. de translatione montium eo-  
 rumque ex fundamento eversione ad-  
 hibetur. Quare etiam originem Maris  
 Mortui solum Jordani influenti tribuere  
 non possumus; (multo minus aquæ sul-  
 phureæ & igneæ Pererii, quam superne ce-  
 cidiisse & Mare effecisse vult, hanc enim  
 ratio fana non admittit.) Non enim po-  
 tuit ejusdem aqua ipsam planitiem occu-  
 pare, sed debuit prium terra subside-  
 re, vel quasi excavari, alias ante pluviam  
 cœlitus demissam hoc idem efficerem  
 tuisset, quod tamen non fecit; ipso re-  
 fertum cum esset Mare illud aquis non  
 adeo putidis, sed potius limpitudinis in-

se a Jordane delatis. Concedimus quoque ipsam flammam ignitam non solum herbas planitiei exussisse, sed & earum radices, adeoque interiora terræ consumisse, interim tamen speluncam Maris M. sola exustione efficeré non potuit. Observat Quidam ingeniose satis, *ex Gen. 14. 10.* eriam antequam lacus Asphal-  
tites enasceretur, bitumen ex ejus soli  
puteis erupisse, & bauriri illinc solitum.  
His rebus factum esse, dicit, ut postquam  
justitia Divina conseleratis moribus per-  
mota, aliquet urbes in extrema Jordanis  
planitie sitas delere decrevisset, tractus  
iste bitumine plenus, cum facileflammam  
conciperet, sulphure ignito in puteos bitu-  
minis magna copia cœlitus delapo, accen-  
sus, flammaque non modo in terra super-  
ficie conspecta fuerit, sed etiam subterra-  
neas sulphuris & bituminis venas, imo  
intima bituminosi soli viscera ita perva-  
serit, ut absunta eâ materiâ, terra ne-  
cessario subsiderit, alveumque influenti-  
bus illuc aquis præbuerit. Hæc non vera  
sunt, ingenius subactioribus dijudicanda

elinquo. Interim verum est, cum esse  
**HIATUS** effectum, quod eversis urbium  
 tectis murisque, aqua multa vel e Mari,  
 si loca littori viciniora, vel ex disruptis  
 in hiatu aquarum venis, (*cum aqua in  
 totam terram intus & extra diffusa sit,  
 prout sanguis in corpore animalis in to-  
 tum corpus dispersus est*, vid. Sperl. Inst.  
 p. 571.) si a pelago magis remota fuerint,  
 prorumpens succedat, quæ pro diversi-  
 tate materiæ subterraneæ diverso lodo.  
 re, l. sapore prædita est; uti heic e ma-  
 ris fundo bituminoso bitumen aquam  
 inficiens semper propullulat. Hoc scien-  
 dum naturalem non fuisse hanc pluviam,  
 sed quod *sine dubio* (verba sunt Schmid.  
 h. l.) supra naturam fuerit, per omni-  
 potentiam Dei ex terra excitata, imo  
 aucta etiam materia sulphuris noviter  
 creata. Id quoque omnes circumstantia  
 aperte indicant.

**מִנְתָּחַ יְהוָה** Phrasis hæc, *Zebovab*  
 a. cum *Jehovah pluere fecit*, omissis Va-  
 riorum sententiis, quæ apud Theolo-  
 gos Exegeticos passim occurruunt, sic a  
 nobis

nobis brevissime exponitur. I. Duos hic agentes introduci dicimus, quoad pluviae sulphureæ immissionem, quorum uterque Jehovah fuit, Is scil. qui pluit, & Is à quo Ille pluit, qui distinguuntur ut alius & alius. Exempla vid. E. 48. 16. Zach. 3 2. Ps. 45 8. Ps. 110. 1. Distinctio-  
nis hujus rationem erudite indicat Va-  
renios h. l. Athnacb qui determinat mem-  
brum prius & post quem demum est  
יהוָה נָתַן, hic aliquid singulare, & ab illo  
יהוָה, qui subjectum fuit propositionis in  
inciso primo, distinctum omnino denotat.  
Interim tamen in interpretatione mem-  
bri secundi repetendum est prædicatum  
membrí primi, qua ratione conciliantur  
omnia scripture loca, ubi vel Accusati-  
vus actionis, qua notatur per prædicatum  
propositionis, vel alia quedam pars pro-  
positionis illius, qua formaliter est in  
membro primo, rejicitur in membrum se-  
cundū, intercedente duce Athnacb ll. Duas  
has personas ambas Jehovah alibi (Schmid.  
b. l.) discimus esse Jehovah Filium, &  
Jehovam Patrem. Filius (Job. 5. 22) ita

pluere fecit à Patre, ut Pater per Filium pluere ficerit una eademque actione, (Joh. 5.19.) Videtur vero ita hoc factum, ut Filius specie humana cum Angelis adhuc induitus, in altum se recipiens dimiserit pluviam, ministrantibus Angelis simul a Patre e Cœlo. Hanc ob causam in v. 29. & alibi de אלהים dicitur eversio Sodomæ &c, ex qua voce pluralitatem evidenter ostendere licet. Nota quoque sunt elegantissima Lutheri verba a Quenstedio citata. *Ubicunque in Scriptura Deus de Deo, tanquam persona de persona loquitur, ibi significantur tres Personæ divinitatis. Duabus enim istis Personis nominatis, simul significatur Persona Spiriti. S. loquentis per Scripturas.*

**שְׁמָה.** Vocis hujus Etymologia a variis magni nominis Philologis variatur; hinc sufficiat nobis breviter tantum eorum verba recitare. Fagius ex Aben Ezra existimat, quod prorsus non sit derivata vox, sed potius quod verbum Arabicum Schama, significans Altum vel supernum, veniat à Schamatiim. Cui Opitius

tius contrarius est. Talmudicorum duplicem derivationem videre licet apud Buxtorf. in Lex. Heb. ad דָשׂ. Martinus cit. Leigh. dicit à דָשׂ nomen, gloria, decus, quia est nominatissima & gloriosissima pars mundi. Gussertio Etymologia est à דָשׂ & verbo נֶשׁבַ, quod significat rem transferre ex loco proprio, & hic est, dicit, usus cœli in ipsius creatione designatus, ut transferat aquas è proprio earum loco, attollens & retinens sursum. Schindlerus à דָשׂ, quod adverbium est loci remoti & longinqui, quia דִמְשׁוּדָה à terra remotissimi. Quod vero numerum hujus dualem attinet, de eo quoque varie scribunt. Schindl. sic. Forma dualis distantiam denotat à terra utrinque aequalem, vel duos mundi polos, circa quos cœlum circumvolvit. Gussertius sic. Non repugnabit analogiae fidei, si dicamus duale factum, quia duo primi inferioris cœli tantum designantur, (æreum puta, ubi nubes & aves, Gen. 8. 2. & sydeum, ubi corpora cœlestia seu loca pla-

metatum & stellarum fixarum Gen. 1.1.  
 c. 22.17.) tertium enim de quo Paulus,  
 docens idem esse Paradisum 2 Cor. 12. 2. 4.  
 non est κύριος τόπος, Heb. 9. 11. Unde &  
 vocat ἡ χειροπόντην, ob silentium Mosis  
 mysticum. Interea ex locis quibusdam di-  
 versis, quorum stylus mysticus non est,  
 docemur & illud tertium quoque esse cre-  
 atum, Nhem. 9. 6. Ubi ait non modo fe-  
 cisse cælos, sed & שְׁמֵי מֶלֶךְ, qui nempe  
 sunt tertium illud cælum. Vera sunt ver-  
 ba Schmidii ad Gen. 1. 8. dicentis: שְׁמֵי  
 est in forma dualis numeri. Quare? li-  
 zient Lexicographi. Novit autem is, qui  
 monens hoc fecit. Notandum quoque hic,  
 quod in scriptis Rabbinorum per Sy-  
 necdochēn voce שְׁמֵי ipse Deus in Cœ-  
 lo habitans designetur, quo aliqui tor-  
 quent, Ps. 73. 9. Dan. 4. 23. Eodem mo-  
 do θεοὶ in N. T. usurpatur Matth. 21.  
 25. Luc. 15. 18. Apud Talmudicos cele-  
 bre est הַכָּל שְׁמֵי לְשָׁם omnia ad Cælum,  
 i.e. Deum vel propter Deum. Plura vid. in  
 Buxtorf. Lex. Talm. Cōfutatur hic quoq;  
 error Strabonis, dicentis ignem Urbes  
 de-

delentem è terra exhalatum eructatumque fuisse, si enim è cœlo, utique non è terra.

## CAPUT TERTIUM.

## §: I.

**E**Versionis, ut promissis stemus, nunc aggrediamur consequentia. Numerant Talmudici (a) 7 *Maria* (cunis 4. fluminibus Jarden, sive Jordan, Jar-much, Kirmion, Phiga,) qua terram ambiant Israëlis; Mare scil. Magnum, sive Mediterraneum, M. Tiberiadis, M. Sodome, M. Schachelet, M. Chelta, M. Sibche, M. Apamjæ. Horum unum, Sodom & puta, ipsum illud est, quod consentientibus omnibus in loco eversæ Pentapo- leos jam appareat, quare etiam primo omnium se nobis conspicendum præbet. Dicitur alias ים Gen. 14. 3. vulgo *Mare Salis* vel *Salsum* reddunt, חלץ enim *Sal* est; sed (b) proprie ver-

ten-

(a) vid. Lex. Buxt. Talm. ad ים,  
(b) Schudt. Comp. p. 309.

tendum, mare bituminosum, (Iudeis enim  
תַּלְמָד etiam bitumen notat) ut hebreæ,  
denominatio cum græca conveniat, qua  
āno ῥῆς αὐτῷ Φάλ. &, quod Græcis bitumen  
denotat, locus Asphaltites appellatur. Vo-  
catur quoque Mare Mortuum, Mare So-  
litudinis, seu deserti, & ab Hesychio,  
etie Hofmanno, ἐρυθρὴ θάλασσα, rubrum  
mare. Hæc celebriora ejus nomina sunt.  
Originem Maris hujus supra jam habui-  
mus. Hoc nunc notandum, quod et si  
Jordanem excipiat, exituque, quo ex-  
oneretur hic lacus, non sit instructus,  
in finitimam tamen planitiem non ebulli-  
iat, sed intra suos quasi maneat termi-  
nos. Causam hujus rei eleganter fatus  
Kircherus indicat; (c) Est in ora mari-  
tima Maris Rubri, ex ea parte quæ Ara-  
biām desertam alluit, locus valae celebris  
Eltor dictus, ubi non procul à littore ex  
visceribus maris, nullo non tempore ingens  
naphtha & bituminis copia eructatur; Ego  
de natura loci certior factus conclusi, hanc  
bituminis ebullitionem non nisi ex Mari-

bitu-

(c) Mund. Subt. L. 2. C. 13. p. 87.

bituminoso Palæstine, id per subterraneum cuniculum exonerante, provenire. Illud vero non aliunde quam ex mari Asphaltite scaturire hinc liquet, quod totum illud littus, ne illum quidem bituminosæ fæture vestigium demonstret, quod tamen deberet, si a natura in vicino littore progigneretur. Longitudinem definire non possumus, cum mira de ea Scriptorum etiam celeberrimorum sit diversitas. Certum est per minorem tractum Mare hoc se non extendisse, nam ex Jos. 15. 5. patet, terminum partis Judæ orientalem lacum hunc constituisse, quod Straboni, dicenti eum longum esse paulo amplius 200 stadiis, & Bunting (d) 9 mill. conveniens non videtur; Verius illud quod recentissimus Maundrell Palæstinam A. 1700 perlustrans, profert, (e) Man lagte es bei. M. M. seye 24 Meilen lang und 6 bis 7 breit. Causæ tot variantium sententiarum forte

F

sunt

(d) in suo Itiner. Sacro a Lelio suetice redacto. (e) in Reise beschreibung.

sunt multa maximaque incommoda, accuratam impedientia dimensionem; ad lacum namque (sec. Munster.) (f) difficultis accessus est peregrinis, cum propter immanes feras & serpentes, tum propter Beduinos Pastores, gentem feram, que hæc loca latrociniis infestat.

### §. II.

Aquam Maris hujus describendam nobis nunc sumemus. Est ea summe fœtida sordidaque; hinc à Tacito, *sapore corruptior, & gravitate odoris accolit* peſſifer dicitur. Hæc pisces aut alia animalia aquis familiaria nutrire nequit, sed si Jordan aliquos huc dimiserit pisces, vel ab hominibus illuc conjiciantur, statim mortui super unda conspicuntur: Nec etiam aves ibi versari solent, sed quam primum eovenient, lethifero ac'peſſiliensi halitu conficiuntur; hinc *Mare Mortuum* dicitur. Mirum hoc non est, animalibus quippe in līmpidis aquis degere solitis impossibile est vitam suam in lacu tam putido agere posse, nam teste

Ma-

Maundrell. Das wasser dieses Sees ist sehr  
helle und gesalzen; dabej auch sehr bitter  
und abgeschmackt. Ich lieesse mich hinein die  
stärcke davon zu probiren, und befande/ das es  
meinen leib im schwimmen mit einer unglau-  
blichen stärcke truge. Ut ut autem aquæ  
hujus amarae naturam describat Maun-  
drell, afferit tamen p. 115. contra omnes  
Historicos pisces & aves ibi vivere posse,  
quod non facile ipsi conceditur, si enim  
amara insipidaque sit aqua, quomodo  
pisces alet? Verba ejus ibi videantur.  
Non tamen in universum omni viventi  
privatum est Mare M. Lælius namq; sic,  
I thenna Sion warder funnen then Ormen  
Thrus/ ther af Triakelse warder giordt; dr  
ochså ther en liten Orm/ som nogast en half  
alen lång/ och ett finger tiocé / är grå / be-  
språngd med röda fläcker / och blind / och  
så förgiftig/ at man honom med ingen låkedom  
kan emotstå/ utan mässe then leden aßhugga/  
som är slamferad. Han är ihåriger om huf-  
wudet / och när han warder förtörnad / seer  
han vth lika som han hade eld på tungan.  
Hoc etiam de aqua hac scribitur, quod  
quicquid huic iniciatur, semper ob gra-

vitatem multifariam commixta aqua, & continuas evaporationes fluitet, nec fundum petat, nisi grandi lapidum mole oneratum, unde proverbium inter Iudeos: *In Mare abjicere appenso lapide molari*, quo forte Christus Matth. 18. 6, respexit (g). Imo demergi quis in profundum (h) nec de industria facile potest; Nam Vespasianus, qui ejus visendi causa illuc venerat, jussit quosdam nautandi insrios, vinculis post terga manibus, in altum projici, & evenit omnibus tanquam vi spiritus sursum repulsos fluire. Hoc Maundrell iterum negat, invitatis tamen aliis, sic ille: (i) Das einge Scribenteen melden / wan man bis an den Nabel hinein trette / so hebe es einen auf / darin fande ich durch eigene erfahrung das widerspiel. Hilce fere similia profert Justinus: (k) *Neque navigationis patiens est, quoniam omnia vita carentia in profun-*

(g) vide Herm. von der Hardt de Stat. Salis. (h) Jof. B. J; L. S. C. S. (i) Reiss. Beschr. p. 116. (k) L. 36. C. 3.

fundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi quæ alumine illinatur. Experientia atq; rationi hæc contradicunt; glebæ namque bituminis vita carentes non demerguntur, sed supernant, sicut mox audiemus; deinde innavigabilis est aqua hæc, non quod naves non sustinere queat, sed quod ob exhalationem crassi fumi se huic committere nolit nemo, si enim hoc non obstaret, facile exteriora navium alumine illinit posse, & sic trajicere.

### §. III.

Descripta Maris aquæ, bitumen aquæ superficiem tegens considerabimus. Hoc sequax ac lendum est, & ad omnem contactum adhaerens; tenacitate sua tenacissimum superat gluten, utque frigore hyemis aqua glacie obducta, armata quasi contra ventorum vim est, sic bitumen tam spissum reddit mare, ut velut cortice induitum vento non moveatur, sed stagnet h. e. induretur. Dum innatet

mari, Solis ardore accensum ardet, & flamas concepit, ut incendium referat, unde perditionis imago Apoc. 19. 20. stagnum igne & sulphure ardens ponitur (*l*). Propullulat vero ex profundo Maris Mort. & intimis visceribus, secretissimisque meatibus puteorum antea ibi existentium post vero eversorum, perque medium ejus aquam ebullit, quod deinde (*m*) super undam & habitu & magnitudine tauris sine capitibus simile natat, immo procul videntibus insulae alicujus speciem exhibit. Color ejus secundum Josephum & Tacitum (*n*) niger est; sic quoque Maundrell: Das pech oder harz sihet vollkommen aus wie pech / und solte mühe kosten/ es zu unterscheiden/ wans keinen schwefel geschmack und geruch hätte. Quidam a Bocharto (*o*) citati, præstantissimum illud esse dicunt, quod rubrum est, aut purpureum, sive quod purpurascit, quo etiam

(*l*) Hæc Herm. von der Hardt. (*m*) Teste Josepho B. J. L. S. C. 5. (*n*) Hist. L. S. C. 6. (*o*) in Phaleg. p. 46.

etiam facit Hesychii nomen, ἐρυθρὸς δάκρυος, sic dictum ob bituminosum in eo colore. Usus hujus Lítuminis multus est. Audivimus supra quid in Architec-tura præstet, quomodoque multis in locis loco olei ad sovendas lucernas ad-hibeatur notum est: Si autem quis Me-dicas ejus virtutes desideret, tum id (p) suffusioni oculorum laconicum confert; illi-tum podagroforum dolorem lenit; denti-um doloribus una cum Nitro illitum me-detur; Tussim & dysenteriam vino potum sedat; Cum aceto sumptum concretum discutit sanguinem; articulorum lumbo-rumque mitigat dolores; Jumentorum impetigini & scabiei illitum mirifice con-fert. Videatur adhuc Galenus (q) de vi ejus ressecatoria & excalfactoria. Usum ejus in thymiamate sacro quoque fuisse testis est Lighthfootus (r). Modum col-ligendi hoc bitumen insinuat Lælius sic:

The

(p) Teste Kirchero in M. S. Tom. 2.  
p. 157. (q) in Class. 5. p. 82. (r) Cent.  
Chor. Matt. præm. p. 15.

The som dro funnige om thenna siðs lågen-  
heet / draga ther in / (Munsterus vult arun-  
dineis ratibus) och draga the leershytten til  
Skepet / och efter thet seegt år / så at man icke  
kan thet sönderslyta / hänger thet wid Skepet.  
*Quod vero Tacitus (s) dicat: Liquo-*  
*rem manu captum in summa navis tra-*  
*bunt, inde nullo juvante influit, donec*  
*abscindas.* Hoc de glebae parte supra na-  
 vem eminente intelligendum est, talis  
 namque dum apprehenditur, facile per  
 viam paratam influere potest. *Quidam*  
 dicunt bitumen hoc vento littoribus ap-  
 pulsum congregari, moxque ubi vi so-  
 lis inaruerit, fecuribus cuneisque ut tra-  
 bes aut saxa discindi (t). Notanda hic  
 sunt egregia Diodori Siculi verba: *Ege-*  
*rendi bituminis signa per 20 dies ante ho-*  
*minibus apparent. Nam undique circa*  
*stagnum ad multa stadia fator cum fla-*  
*tu quodam exhalat, & quicquid ibi auri,*  
*argenti, & risque existit, naturalem immu-*  
*tat colorem, qui tamen in pristinum reddit,*  
post.

(s) *H.L.S.C. 6.* (t) *vid. Tacit.*

postquam omne bitumen exspiravit ;  
 Nec mirum, Metalla namque hæc præ-  
 stantissima, ob suam soliditatem, sub-  
 stantia tenuitatem, pororumque exi-  
 guitatem crassos istos vapores intus ad-  
 mittere nequeunt. Vid. Sperl. Inst. p. 963.

## §. IV.

Colorem suum Mare Mortuum non  
 diu retinet, sed (u) mirabilis est colo-  
 ris mutatio, qua ter in dies singulos su-  
 perficiem vertit, & solis radis variata  
 resplendet. Mane aquam habet nigrican-  
 tem, meridie dum calor solis vehemen-  
 tissime ibi intenditur, instar panni aqua  
 fit cærulea, & ante occasum, ubi vis  
 caloris remittit, tanquam limo permisto  
 modice rubet, vel potius flavescit, si-  
 cut Cœlum ex varia obliquitate radio-  
 rum solarium nunc fuscum, nun cæru-  
 leum, nunc rubrum appetet. Verba  
 Maundrell de reliquiis orbium eversarum  
 hoc apponere placet : Weil ich ein heftig

G

ver-

(u) Adrich. p. 52.

verlangen fruge / wanns möglich / einige überbleibsel von denen ehmahls hieselbst gelegenen und andern zum schrecklichen Exemplar durch des Herrn Zorn umgekehrten Städten / zu erblicken / richtete ich mein Gesicht so scharr und weit auf das Wasser / als ich nur immer konnte. Allein vermochte ich doch keine Hül gel von eingefallenen Gebäuden / noch auch einen Rauch / wie doch die Land - Beschreibern in ihren Büchern und Land - Karten vorgeben / auffsteigen sehen. Nichts destowen niger kan nicht umbhin / dasjenige zu melden / was mich der Pater Guardian und der Procurator von Jerusalem versichert haben. Diese sind zwey betagte Männer / so beedes guten Verstand und Redlichkeit besitzen. Sie betheuerten mir nemlich / sie hätten mit ihren leiblichen Augen eine von solchen ruinirten Überresten gesehen. Es seye so nahe am Land / und damahls das Wasser so niedrig gewesen / das sie mitt etlichen Franzosen hinzu getreten seyen / und verschiedene Säulen nebst andern Überbleibseln von Gebäuden gefunden. Mag seyn / das mir solches zu beschauen / das hohe Wasser verhindert. Vid. Heidm. Pal. Cap. 3. §. 42. Adrich. pag 52.

Excipit tractationem Maris Mortui  
 consideratio circumiacentis planitiei, quæ  
 sane sterilis fœdaque prorsus est. Ajunt  
 namque (verba sunt Munsteri) multa in  
 hunc usque diem reperiri indicia, divi-  
 neque iræ testimonia, per circuitum bujus  
 lacus, veteris combusturæ, potissimum in  
 petris quæ alicubi exustæ cernuntur, &  
 terra cinerulenta, gutta quoque picis ex  
 petris destillantes; & flumina fœtido  
 odore efferventia. Hæc Munsteri verba  
 non parum probant, quæ Maundrell de  
 lapidis quodam genere profert, unde  
 colligere licet terram circumiacentem  
 adhuc dum corruptam esse sulphureamq;  
 Wir fanden auff dem gestade dieses Sees  
 eine art schwarzer kieselstein. Er entzündet  
 sich beym liecht / und der rauch darvon ist  
 unerträglichen gestanks. Wird nach dem  
 brennen leichter / dem ansehen nach aber nicht  
 kleiner. Man sagt / die berge / so an den  
 ufern dieses Sees liegen / haben einen über-  
 fluß von dergleichen art schwefelsteinen.  
 Adrichomius de planicie adjacenti sic

scribit: *Lacus etiamnum, in modum ca-*  
*mini infernalis, perpetuis exæstuat vapo-*  
*ribus, quorum halitu littora & montes*  
*utrinque ad 5 miliaria squalent. Sic ma-*  
*gnitudo cladis, contra Pererium, non*  
*ex magnitudine Maris M. estimari de-*  
*bet, omnis namque urbium planities*  
*everla est, quæ ad spatium satis amplum*  
*extenditur. Vid. Gen. 19. 25.* Nec est ut  
*sterilitatem terræ vicinæ ab evapo-*  
*rationibus, & non a sulphure ignito*  
*quis deducat, etenim exhalationes*  
*hic frequentes crassasque exsurgere,*  
*in modum camini infernalis, ut fumi vi-*  
*cem sustineant, facile ex Gen. 19. 28. Sap.*  
*10. 7. colligitur; Interim tamen origi-*  
*nem sterilitati regionis non præbent,*  
*exteriorem namque terræ superficiem*  
*sterilem reddere queunt, sustentando sic*  
*atque augendo infœcunditatem, sed ad*  
*interiora minime pertingunt, id namque*  
*præsticit pluvia sulphurea ignitave. Hi*  
*fumi corporibus quoque hominum offi-*  
*ciant, nam (Verb. Diod. Sic.) Vicinus ma-*

ri locus cum igne subardeat, pessimeque  
oleat, in causa est ut valetudinaria sint  
accalarum corpora, & ad brevissimum tem-  
pus durent; Nota quoq; sunt, quæ de po-  
miss cinere & favilla intus plenis, varii imo  
omnes fere Historici referunt: Species illuc  
(w) specie poma viridantia, formatos uva-  
rum racemos, ut edendi generent spectanti-  
bus cupiditatem; si capias satiscunt, ac  
resolvuntur in cinerem, fumumque exci-  
tant, quasi adhuc ardeant. Hæc sane fi-  
dem suam non invenirent, nisi tot Cla-  
rissimorum Historicorum testimoniis fir-  
marentur; Regio namque specie tam  
torrida, qua ratione viride aliquod fru-  
giferumque proferat, nescio. Mane-  
bant forte post eversionem per tempus  
aliquod surculi quidam reliqui, ob ter-  
ram in qua erant exustam, nil solidi  
radicesque exiguae habentes; sed qui  
hisce temporibus loca ea perlustrarunt,  
diversa omnino referunt. Audiamus  
re-

(w) Verba sunt Egesippi a Gerhard.  
ad 2 Pet. 2, citata.

recentissimum Maundrell: Die Aepffel  
 von Sodom belangend / darvon man auch so  
 viel Weesens macht / habe ich keinen einzigen  
 gesehen / und auch nicht mercken noch er-  
 fahren können / das es deren daherumb ge-  
 habt Ich habe auch umb diesen See keinen  
 Baum gesehen / darauff sie wachsen solten.  
**Hæc ac facie Pentapoleos tristissima bre-**  
**viter pro ratione instituti dicta suffici-**  
**ant.** Regat nos DEUS Spiritu suo San-  
**cto, in similia & flagitia & supplicia**  
**cum Sodomitis ne inci-**  
**damus !!!**

תושלבע



*RESPONDENTI EXIMIO.*

**E**st exosa Venus Domino præ-  
postera, perdens  
**E**c cœlo Justi Vindicis ignis  
adest.

Hic labor exultus vitio Veneris  
periisse

Pentapolin monstrat. Vos fugitote  
nefas,

Ne redeat tandem Vindex. Hæc  
Auctor amavit  
Inculcare Catus, sit decus unde fibi.

*Hæc adjectis*  
**H**ENR. **H**IDEEN.

---

*DOMINO AUCTORI.*

**C**ælitus Vindex jaculatus Eheu!  
igneis telis Sodomam & Gomor-  
rham  
Sulphuris mittens pluvias nivisque,  
Perdidit urbes.

Ter.

Terruit mundum, grave ne rediret  
Hoc piis seclum: Docet eruditum  
Pluribus nobis opus hoc amici

ÆSOP adamandi,  
His fave cœptis DEUS O benigne!  
Thura nam cordis lito Ti Sabæa,  
Laus ut Auctori redeat decusque  
Corde vovebo.

MATTH. SIMOLIN.

Eidem.

**D**icere nostra nequit laudes nunc rite  
Thalia,  
Quas meruit miles impiger Aonidum,  
Qui docto nobis monstrat conamine  
qualis  
**C**ampus erat Sodome, quæque Gomorrha  
fuit,  
**G**ratulor ergo Tibi, cœptis insistere perge,  
Præmis Pierides tempore larga dabunt.

JOHANNES BRUNNIUS, B.F.